


NUMMI CASTRENSES

GVILIELMI DUCIS JULIÆ, CLI-

viæ: Cusi belli tempore, quod contra Carolum V.

Imperatorem gesserat: Anno Christi

1542. 1543.



AROLUM V. Imper. graviter Guilielmus Dux Jul-
liæ, Cliviæ, Montium &c. & quod Gallorum Regi
militis in ditionibus suis scribendi subinde pote-
statem fecerat: & quod Iohannam Navarream,
Francisci ex sorore Margareta Valesia neptem
sibi desponsaverat: Rege nuptias illas vel maxime
urgente, volente. Neque sub cineribus iracundia
Cæsaris resedit: erupit, inque manifestum bellum
exarsit: dum scilicet Anno Christi 1542. Ducatum

Julia, Duce Wilhelmo & subditis nihil hostile timentibus invasit: ferro &
igne omnia latè vastavit: loca plurima suam in potestatem redegit. Tem-
poris non longi interjectâ morâ Dux Wilhelmus conscripto suarum ditio-
num milite, exceptis Marcoduro, Henisberga, quam tentavit, & Susteren,
urbibus: quæ validis Cæsareanorum præsidij tenebantur: omnia recupe-
vit: subsidiû Marcoduranis à Cæsareanis missum in agro Aldehonensi op-
pressit: & mense decēbri asperrimâ hyeme Cæsarianos Marcoduri agentes
aliquot